

responderet : scriperant enim ad eum zelantiores, ut patet ex cap. 7, v. 1.

Ac primo quidem, quia Corinthii de suorum magistrorum precellentia inanis et vanè contendebant, et propterea inter eos schisma natum erat; hortatur ut, his inanibus contentionebus diremptis, sint unanimes; quia verò ex immodicâ sapientiæ secularis existimatione exortum erat hoc schisma, hinc quatuor primis capitibus humanam sapientiam deprimi, crucis autem humilitatem commendat.

Capite quinto arguit eos, quòd hominem incestuosum in Ecclesia sua tolerant, quem excommunicari jubet.

Capite sexto lites damnat, et præsertim coram infidelium tribunibus; et quorundam impudicium redarguit.

litteras super quibusdam dubiis inter ipsos exortis. Paulum apostolum suum consultuisse, liquet ex illo 7 cap. initio: *De quibus autem scripsistis mihi.* Sunt autem ista summarie quæ tractantur in hac Epistola, et hoc ordine: Primum, ac penè ab exordio, Corinthios erga magistros, cum illi ex studiis increpat quòd factiones inter se haberent ex studiis incrementum. Cujus rei max. causam aperit, quòd secularium sapientiam inmodicè sectarentur; quibus ipse à diverso commendat humilitatem crucis Christi, docens ejus mysteria seculo esse incognita; ac revertit à comparandis et iudicandis Evangelii ministris. Deindè, eos reprehendit quòd hominem incestuosum, et excommunicatione dignum, in suo consortio et in Ecclesia tolerant: quem et Satanae tradendum iudicat. Tertio, culpat quòd iudicis inter se contendere, idque apud iudices infideles. Quarto, taxat quorundam impudicium: matrimonium commendat, ejusque leges præscribit; cui tamen virginitatis esse perpetua continentie studium anteponit. Quinto, de carnum idolis immolatorum eos cōinstruit. Sexto, digreditur ad utilitatem quemadmodum gratis, ac nullo stipendio Corinthios Evangelium prædicaverit: cum iuxta Domini constitutionem ex Evangelio vivere potuissent. Septimo, generatim eos ad perseverantiam vite christianæ hortatur; admonens quæ vitia fugere debent: inde stylum reflectit ad argumentum de immolatoribus. Octavo, docet honestatem servandam in conventibus Ecclesie: ne mulieres aperiò capite orent. Nonò, quòd ab eis peccatum erat in celebratione cene dominicæ, corrigit, reenumeratâ mysteriorum S. Eucharistiæ institutione. Decimo, dissertit de donis spiritualibus; exhortans exemplo membrorum corporis humani, ut sumum quicquid donum conferat in usum communem: præcipi verò omnes student charitati, tanquam dono omnium excellentissimo. Undecimo, præcipit ut donis prophetiæ ac linguarum utantur ordinatè. Duodecimo, resurrectionem corporum à quibusdam negatam, multis argumentis astruit, et qualitem ejus ac modum describit. Postremo, de colligendis in fratres pauperes elemosynis eos admonet. Atque hæc de materia totius Epistolæ satis. Eam scriptam esse Philippis Macedoniæ quidam opinantur: et ita habet hypogræphe in Græcis codicibus Epistola subnecta. Sed multò verisimilius est, quòd Cœcumenis sentit, Ephesi scriptam esse: quemadmodum et habet argumentum quòd passim in Latinis Epistola præmittitur. Dicit enim Apostolus ultimo cap. se permansurum Ephesi. Memnit etiam Aquilæ et Priscillæ, velut secum eodem loco morantium, dum ab illis sa-

Deinde capite septimo et sequentibus varia sibi proposita dubia resolvit de matrimonio et virginitate, de esu idololâthorum, de mulierum in templis velatione, de cenâ eucharisticâ, de Spiritû sancti donis, de præcellentiâ charitatis, de usu donorum sancti Spiritûs in Ecclesia, de corporum resurrectione, quam probat et explicat.

Denique Corinthios ad elemosynas Jerosolymitanis pauperibus faciendas hortatur.

Scripta est hæc Epistola Ephesi in Asia, ut colligitur ex cap. 16, v. 8, vel saltem in loco ei vicino, anno Christi 57. Videantur *D. de Tillmont, notâ 44 in S. Paulum, et P. Anelotte in Præfat.*; *Fronondus, Corinet. à Lep., Estius* (infra).

litem Corinthiis scribit. Illos autem Ephesi habitasse testatur Lucas, Act. 18, et satis intelligitur ex historie continuatione, cap. 19, circa quòd tempus scripta est hæc Epistola. Certè Philippis aliquando versatos esse nunquam legitur. Sed et ex quòd dicit: *Salutate vos Ecclesiam Asiæ,* planè intelligitur in Asiâ, ubi Ephesus erat, hæc Epistolam ab eo scriptam esse. Nam quòd in Macedonia non sit scripta, satis arguit hæc ultimi capitis verba: *Veniam autem ad vos cum Macedonia pertransiero.* Constat etiam scriptam esse ante Epistolam ad Romanos. Nam hujus Epistolæ cap. ult. dubie loquitur, velut adhuc deliberans de sua professione in Jerusalem. Dicit enim: *Quòd si dignum fuerit, ut etiam cum vobis ibeam, necum ibunt.* In eâ verò quem scribit ad Romanos, de professione jam constitutum habet, uti declarant illa verba cap. 15: *Nunc igitur proficior in Jerusalem ministrare, seu ministrans, sanctis.* Quòd verò attinet ad eos quibus scribit hæc Epistola: utrim ad Corinthios qui ex gentibus erant tantummodò scripta sit; et etiam ad Judæos Corinthi morantes et Christo initiatos, dubitaverit aliquis, propter illud quòd dicit, cap. 12: *Scitis quoniam gentes cum essetis, ad simulacra muta prout ducebamini entes. Verum procul dubio sua inscriptione complectitur etiam Judæos, tanquam ejusdem Corinthiorum Ecclesie fideles: quemadmodum et Epistola ad Rom. et cætere omnes ad Ecclesias gentium missas, fideles utriusque populi suis inscriptionibus comprehendunt. Nam ut unus erat in singulis civitatibus episcopus; sic et una Ecclesia ex omnibus ejusdem loci fidelibus collecta: loci esse poterint in eadem civitate distinctæ, ut ita dicam, parochie. Habebant enim Judæi christiani suas synagogas, in quibus et Moyses legeretur, et Christi mysteria pergerentur; ut indicat apostoli Jacobi verba, Act. 15; quamvis fatendum, Judæos gentilibus tam Corinthi, quam in aliis, quæ per gentes erant Ecclesiis, fuisse multò pauciores. Undè frequenter ita fideles ad quos scribit, alloquitur Paulus, ac si solum gentiles essent. Quòd utique cum fecisse credendum est in loco memorato. Nam aliqui in eo quòd scribit: *Ego Cephas;* Judæos potissimum notat, quorum Cephas, id est, Petrus, erat quodammodò pæcellentis apostolus. Aliebi quoque in personâ loquitur Judæorum, videlicet tanquam: *Nolo vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri ad nos fuerunt,* etc. Non enim sic loqueretur, nisi inter eos ad quos scribit, aliqui Judæi fuissent. Sed ad expositionem Epistolæ veniamus.*

IN PRIMAM AD CORINTHIOS EPISTOLAM COMMENTARIA.

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus, vocatus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Sosthenes frater,
2. Ecclesie Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi, in omni loco ipsorum et nostro.

3. Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.

4. Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu:

5. Quòd in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo et in omni scientia:

6. Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis:

7. Ita ut nihil vobis desit in ullâ gratiâ, expectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi,

8. Qui et confirmabit vos usque in finem sine crimine, in die adventus Domini nostri Jesu Christi.

9. Fidelis Deus, pro quem vocat estis in societatem filii ejus Jesu Christi Domini nostri.

10. Obsecro autem vos, fratres, pro nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententiâ.

11. Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis qui sunt Chloos, quia contentiones sunt inter vos.

12. Hoc autem dico, quòd unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli; ego autem Apollo; ego verò Cephe; ego autem Christi.

13. Divisus est Christus? Numquid Paulus crudeliter est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?

14. Gratias ago Deo, quòd neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum et Caium;
15. Ne quis dicat quòd in nomine meo baptizati estis.

16. Baptizavi autem et Stephanæ domum: ceterum nescio si quem alium baptizaverim.

17. Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizari; non in sapientiâ verbi, ut non evanesceret crux Christi.

18. Verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est; iis autem qui salvi fiunt, id est, nobis, Dei virtus est.

19. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobo.

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul, apôtre de Jésus-Christ par la vocation et la volonté de Dieu, et Sosthènes son frère.

2. A l'Église de Dieu qui est à Corinthe, aux fidèles que Jésus-Christ a sanctifiés, et qui sont appelés pour être saints, et à tous ceux qui, en quelque lieu que ce soit, invoquent le nom de notre Seigneur Jésus-Christ, qui est leur Seigneur comme le nôtre.

3. Que Dieu notre Père et Jésus-Christ notre Seigneur vous donne la grâce et la paix.

4. Je rends pour vous à mon Dieu des actions de grâces continuelles, à cause de la grâce de Dieu, qui vous a été donnée en Jésus-Christ;

5. Et de toutes les richesses dont vous avez été comblés en lui dans tout ce que regarde le don de la parole et de la science;

6. Le témoignage que vous a rendu de Jésus-Christ ayant été ainsi confirmé parmi vous.

7. De sorte qu'il ne vous manque aucun don pour attendre avec confiance la manifestation de notre Seigneur Jésus-Christ.

8. Et Dieu vous affermira encore jusqu'à la fin pour être trouvés sans péché au jour de l'avènement de notre Seigneur Jésus-Christ.

9. Dieu, par lequel vous avez été appelés à la société de son fils Jésus-Christ notre Seigneur, est fidèle et véritable;

10. Or je vous conjure, mes frères, par le nom de Jésus-Christ notre Seigneur, d'avoir tous un même langage, et de ne point souffrir de divisions parmi vous, mais d'être tous mis ensemble dans un même esprit et dans un même sentiment.

11. Car j'ai été averti, mes frères, par ceux de la maison de Chloë, qu'il y a des contestations parmi vous.

12. Ce que je veux dire, est que chacun de vous prend parti, en disant: Pour moi, je suis à Paul; et moi, je suis à Apollon; et moi, je suis à Céphas; et moi, je suis à Jésus-Christ.

13. Jésus-Christ est-il donc divisé? Est-ce Paul qui a été crucifié pour vous ou avez-vous été baptisés au nom de Paul?

14. Je rends grâce à Dieu de ce que je n'ai baptisé aucun de vous, sinon Crispe et Caius;

15. Afin que personne ne dise que vous avez été baptisés en mon nom.

16. J'ai encore baptisé ceux de la famille de Stéphanas; et je ne sache pas en avoir baptisé d'autres.

17. Parce que Jésus-Christ ne m'a pas envoyé pour baptiser, mais pour prêcher l'Évangile, sans y employer la sagesse de la parole pour ne pas adoucir la croix de Jésus-Christ.

18. Car la prédication de la croix est une folie pour ceux qui se perdent; mais pour ceux qui se sauvent, c'est-à-dire, pour nous, elle est la vertu et la puissance de Dieu.

19. Car il est écrit: Je détruirai la sagesse des sages, et je rejeterai la science des savants,

20. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi?

21. Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam predicationis salvos facere credentes.

22. Quoniam et Judæi signa petunt, et Græci sapientiam quarunt:

23. Nos autem prædicamus Christum crucifixum: Judæis quidem scandalum, gentilibus autem stultitiam;

24. Ipsi autem vocatis Judæis atque Græcis, Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam;

25. Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.

26. Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles.

27. Sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes; et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia:

28. Et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret:

29. Ut non gloriaretur omnis caro in conspectu ejus.

30. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio:

31. Ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur.

20. Que sont devenus les sages, que sont devenus les docteurs de la loi, que sont devenus les savants du siècle? Dieu n'a-t-il pas convaincu de folie la sagesse de ce monde?

21. Car Dieu voyant que le monde, avec la sagesse humaine, ne l'avait point connu dans les ouvrages de sa sagesse divine, il lui a plu de sauver, par la folie de la prédication, ceux qui croiraient en lui.

22. Car les Juifs demandent des miracles, et les gentils cherchent la sagesse:

23. Pour nous, nous prêchons Jésus-Christ crucifié, qui est un scandale aux Juifs, et qui paraît une folie aux gentils;

24. Mais qui est la force de Dieu et la sagesse de Dieu pour ceux qui sont appelés, soit Juifs, soit gentils;

25. Parce que ce qui paraît en Dieu une folie, est plus sage que la sagesse de tous les hommes; et ce qui paraît en Dieu une faiblesse, est plus fort que la force de tous les hommes.

26. En effet, mes frères, considérez qui sont ceux parmi vous qui ont été appelés à la foi. Il y en a peu de sages selon la chair, peu de puissants, et peu de nobles:

27. Mais Dieu a choisi les moins sages selon le monde, pour confondre les sages; il a choisis les faibles selon le monde, pour confondre les puissants:

28. Et il a choisis les plus vils et les plus méprisables selon le monde, et ce qui n'était rien, pour détruire ce qu'il y a de plus grand.

29. Afin qu'aucun homme ne se glorifie devant lui.

30. C'est par cette voie que vous êtes établis en Jésus-Christ, qui nous a été donné de Dieu pour être notre sagesse, notre justice, notre sanctification et notre rédemption:

31. Afin que, selon qu'il est écrit, celui qui se glorifie ne se glorifie que dans le Seigneur.

ANALYSIS.

Solemnis salutatione præmissa, v. 1, 2, 3, D. Paulus Deo gratias agit, ob spiritualia dona Corinthiis ab eo coluta, quæ Christi Evangelium in eis confirmant, spemque dant quòd Deus gratiam illis conferet usque in finem sanetè perseverandi, v. 4, 5, 6, 7, 8, 9.

Hæc honorificè præfatione Corinthios, ad ictum paratos, ferit Apostolus, at leniter, eos obsecrans per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut natum inter eos schisma dirimant, v. 10.

Rem exponit, ut è relata est, v. 11, 12. Hujus schismatis sequelæ absurdas et sacrilegas exaggerat, v. 15. Deo gratias agit, quòd nullam ex parte suâ schismatis dederit occasionem. Vix quemquam, inquit, ego baptizavi; tantummodò prædicavi, idque simpliciter, ne per me crux Christi reddatur inanis, v. 14, 15, 16, 17.

Prædicationis suæ simplicitatem sic justificat, ut et latenter transeat ad schismatis causam, quam omnino destruat.

Quia igitur ex nimio humanæ sapientiæ studio et affectu, natum est Corinthiorum circa magistrorum suorum præcellentium schisma; ut illud radicibus evellat, aperit eis Dei consilium, homines per crucis stultitiam salvos

faciendæ, reprobata à Deo sapientiæ seculari, v. 18.

Hoc Dei consilium probat ab Isaia prædictum, v. 19. Probat de facto adimpletum, v. 20. Hujus rationem reddit, v. 21, quia per sapientiam mundus Deum non glorificavit: hinc eâ reprobata, Deo placuit per crucis stultitiam salvare credentes.

Mirum quidem Dei placitum, et hominum placitum oppositum! nam Judæi signa petunt, et Græci sapientiam, v. 22; at nos apostoli, Dei placito obediens, hominum placita negligentes, simpliciter prædicamus crucifixum; Judæis scandalum, gentibus stultitiam; fidelibus verò Dei virtutem et sapientiam, omni humanâ virtute et sapientiâ longè et infinitè superiorem, v. 23, 24, 25.

Hoc Lei consilium Corinthiis in suâ ipsorum conversione videant; animadvertant quòd stulta, infirma et contemptibilia Deus elegit, ut sapientes, potentes et in maximo pretio habitos confunderet, v. 26, 27, 28.

Et hoc, ut tota nostra gloriatio sit, non in nobis, nec in aliis hominibus; sed in Christo Jesu, qui nostra factus est sapientia, justitia, sanctitas et redemptio, v. 29, 30, 31.

PARAPHRASIS.

1. Paulus Dei jussu vocatus (seu cælesti vocatione) apostolus Jesu Christi, et Sosthenes frater.

2. Congregationi Dei, quæ est Corinthi, seu fidelibus per Baptismum à Jesu Christo sanctificatis, et

ad sanctitatem vocatis; iisque omnibus qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi, ubicumque sint illi et nos, salutem.

3. Gratias vobis et pax multiplicetur à Deo Patre nostro, et à Domino nostro Jesu Christo.

4. Gratias ago semper Deo meo pro vobis, ob gratiam Dei, seu ob dona vobis cœlitus collata per Jesum Christum.

5. Gratias, inquam, ago quòd in Christo et per Christum spiritualibus divinæ scientiæ et eloquentiæ divitiis cumulati estis; seu quòd in Ecclesiâ, per Christi merita, Deus vobis amplam dedit facultatem omnia fidei mysteria intelligendi et eloquendi.

6. Per quæ dona Evangelium Christi confirmatum est in vobis.

7. Ita ut nullum vobis desit charismatum genus; donec fiat manifestatio gloriæ Domini nostri Jesu Christi, quam expectatis.

8. Spero quod et Deus, cui gratias ago, confirmavit vos usque in finem (seu dabit gratiam perseverandi usque in finem), ut inculpatis sitis in die adventus Domini nostri Jesu Christi.

9. Id, inquam, spero, quia Deus qui vos in communionem Filii sui Jesu Christi Domini nostri vocavit; fidelis et constans est (perseverabit ergo auxilia dare, quæ jam cœpit largiri).

10. Vos autem, fratres, obsecro per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut omnes idem dicatis, et non sint in vobis dissensiones; sed tam perfecta sit concordia, ut omnium vestrum eadem sit mens, eadem sententia.

11. (Nec id sine causâ moneo): mihi enim de vobis, fratres mei, manifestatum est à domesticis Chloes, sororis nostræ, quòd sint inter vos dissidia.

12. Hoc repeto, quòd (ut mihi relatum est) unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli discipulus, dicit unus; ego Apollo, dicit alter; ego Cephas, dicit tertius; ego Christi, dicunt sapienter alii.

13. Ergone Christus apud vos divisus est et multiplicatus? an Paulus apud vos Christus est? an pro vobis Paulus, ut Christus, crucifixus est? an in nomine Pauli, quasi Christi, baptizati estis? Idem intellige quæsitum de Petro, etc.

14. Gratias ago Deo, quòd neminem vestrum meis manibus baptizaverim, nisi Crispum et Caium.

15. (Id ejus divinâ providentiâ factum est) ne cui darem occasionem dicendi quòd in nomine meo baptizati sitis

16. Baptizavi etiam et Stephanæ familiam; necio num aliquem alium è Corinthiis baptizaverim.

17. Non enim me Christus primariò seu principaliter misit, ut baptizarem, sed ut prædicarem, non sermonibus eruditione multâ et eloquentiâ ornatis, ne inanis reddatur crux Christi (scilicet in hominum opinione.)

18. Simplex enim crucis et crucifixi prædicatio, licet incredulis, ob incredulitatem suam percutibus, stultitia videatur, credentibus tamen, seu nobis per fidem, viani salutis ingressus, Dei virtus est et potentia.

19. (Quòd simplex crucis verbum, non verò eloquentia, aut philosophia, sit Dei virtus ad salvandos homines) prædixit Isaïas 29, 40: Rejectionem sapientiam humanam, et prudentiam secularem reprobabo. Seu his non utar ad veram beatitudinem, aternamque salutem hominibus procurandam.

20. Reverà, ubi gentilis philosophus? ubi Judæorum doctor? ubi curiosus naturæ rerum indagator? (huc eorum Evangelii minister?) nullus. Nonne ergo hoc suo contemptu Deus ostendit fatuam et inanem esse mundanam sapientiam.

21. (Et sanè meritò;) quia enim mundus est Dei sapientia, in creaturis elucens, per suam humanam sapientiam Deum non cognovit, multo minus glorificavit, (ideò reprobata hæc sapientia,) placuit Deo per prædicationem crucis, quæ mundo stultitia videtur, salvos facere (non discentes sed) credentes.

22. Mirum sanè Dei placitum! Etenim Judæi prodigia petunt; gentiles sapientiam et eloquentiam quarunt.

23. Nos autem (Dei jussu) prædicamus Christum crucifixum; qui, quia crucifixus, Judæis scandalum est; gentilibus autem stultitia videtur.

24. Prædicamus tamen, quia iis qui divinâ gratia sunt ad fidem vocati, sive Judæi sint, sive gentiles; iis, inquam, Christus crucifixus, Dei virtus est et sapientia.

25. Quòd enim stultum Græcis videtur in Deo crucifixus, hoc ipsum omni humanâ sapientiâ est sapientius; et quòd infirmum Judæis videtur in Messia crucifixus, hoc omni potentia humanâ fortius est.

26. Hoc in vestrà vocatione patet: videte enim sive vocantes, sive vocatos; certè non multos reperietis inter illos carnali sapientiâ, potentia et nobilitate præditos.

27. Sed eos elegit Deus, quos velut fatuos reputat mundus, ut sapientes confundat; et eos qui nullius in mundo sunt potentiæ, ut potentes seculi confundat.

28. Et ignobiles et despectos, et pro nihilo habitos in mundo, Deus elegit, ut ea quæ sunt in magno pretio, destrueret, scilicet nobiles, potentes, sapientes.

29. Hocque totum, ut nullus mortalium coram Deo in quoquam gloriaretur (nisi in Dei gratia).

30. Ex quâ, et per quam et vos, ó Corinthiis, estis Christiani, Christo incorporati; qui Christus à Deo nobis datus est, ut nostra sit sapientia, justitia, sanctificatio et redemptio.

31. Ut, sicut scriptum est: qui gloriatur, in Domino gloriatur. (Ergo non in hominibus doctoribus.)

VERS. 1. — PAULUS VOCATUS APOSTOLUS JESU CHRISTI. Ecce proœmium confestim increpans falsos doctores, ait Theophyl., quasi diceret: Non à memetipso intrusus, sed ecclesie vocatione, Deique jussu apostolus Jesu Christi, seu missus ad prædicandum Jesu Christi Evangelium. Utinam hoc verè dicere possit omnis Ecclesie seu prælati, seu minister; non meâ, sed Dei voluntate, in ministerium ingressus sum. Missus sum à Christo, non fui proprio suffragio electus. Utinam de nullo verè dici possit, non per Dei voluntatem, sed secundum ejus indignationem et iram, propter subditorum peccata, ut ait et explicat D. Thomas. Itaque voluntas Dei, et quidem beneplaciti, debet esse apostolatûs et omnis ecclesiasticæ dignitatûs origo.

ET SOSTHENES FRATER, de quo Act. 18, ex archisynagogo, seu synagoge Corinthiæ princeps, factus fuerat D. Pauli comes. Putat Estius hanc Epistolam, D. Paulo dictantem, fuisse à Sosthene scriptam; hincque Sosthenem ab Apostolo socium in salutatione adhibitum. Quidquid sit, hæc in re modestiam nos docet Apostolus, dum hominem sibi longè inferiori associat; et suam simul indicat prudentiam, cum Corinthios corrigere volens, Corinthicam archisynagogum, sibi socium adjungit in salutatione; ut sciãnt Corinthiis id quod in Epistola continetur, non à Paulo tantum, sed et à Sosthene proficisci.

VERS. 2. — ECCLESIA DEI, QUÆ EST CORINTHI, id est, congregationi fidelium, seu fidelibus Corinthi congregatis à Deo, et ad Dei cultum.

ECCLESIA DEI, quia à Deo, et ad Deum, et in Deo. A Deo vocata; ad Deum colendum congregata; in Deo consistens, et à Dei Spiritu gubernata. *Ubi tres in nomine meo, sum in medio eorum.*

SANCTIFICATI IN CHRISTO JESU. Explicat quæ sit illa Ecclesia Dei; fidelibus scilicet, à Jesu Christo per Baptismum à peccato ablatis, et gratiâ Dei donatis.

VOCATI SANCTIS, quasi diceret: Hinc meritò sancti vocantur, quia reverà jam sanctificati sunt, et vocatione divinâ sunt ad sanctitatem vocati.

CUI OMNIBUS QUI INVOCANT... quasi diceret: Non Corinthiis tantum, sed et omnibus Christianis, ubicumque sint illi et nos. Supple scribit, vel salutem

VERS. 1. — *Paulus vocatus apostolus Jesu Christi.* vocatum apostolum se confirmat per hoc quod sequitur, *per voluntatem Dei*, hoc est, jussu, decreto ac beneplacito Dei.

Et Sosthenes frater. Erat hic princeps synagoge Corinthi; conversus ad Christum à Paulo, pro fide coram Gallione proconsule acriter verberatus, Act. 18, ac post mortem relatus inter sanctos, 28 novemb.

VERS. 2. — *Ecclesia Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu, vocatis sanctis*, id est, ad sanctitatem vocatis à Deo, *cum omnibus*, etc., id est, omnibus Christianis ubicumque consistenti: sive mecum hic in loco nostro, sive in alio quolibet suo loco. Ita Chrys.

VERS. 3. — *Gratia vobis et pax*, etc., subaudi, multiplicetur.

VERS. 4. — *Gratias ago Deo meo semper pro vobis*

dicit. Ex Apostoli mente Epistola hæc circularis, seu ad omnes Christianos, specialiter tamen ad Corinthios.

Omnes ergo Christianos salutat in quocumque loco mororum et nostro, seu nos et illi simus. Hoc unitatem insinuat: licet enim Christiani sint loco separati, unum quid sunt omnes, una ecclesia, unum Christi corpus; hinc omnis illorum locus et noster est.

VERS. 5. — *GRATIA VOBIS ET PAX*, scilicet multiplicetur. A DEO PATRE... à quo omne bonum, Jacobi 1, ET DOMINO JESU CHRISTO... per quem omnia, seu per quem maxima et pretiosa donavit, 2 Petr. 1. Tacetur Spiritus sanctus, quia in donis intelligitur, ait D. Thomas, *gratia et pax*, quæ per Spiritum sanctum donantur.

VERS. 4. — *GRATIAS AGO DEO MEO...* IN GRATIA DEI, id est, ob gratiam Dei, quæ data est vobis per Jesum Christum, seu ob dona vobis cœlitus collata, quæ v. 3 explicat. In omni verò Epistola gratias agit Deo; ut nos doceat esse gratos. Omnia bona sua à Deo; ad Deum ergo per gratiarum actionem sunt remittenda, ut uberius refluant ad nos; sicut aquæ ad mare recurrunt, ut iterum fluant. Omnia per Christum et propter Christum nobis donantur; ergo per Christum nostra gratiarum actio referenda.

VERS. 5. — *QUOD IN OMNIBUS DIVITES FACTI ESTIS; GRÆC., dilati estis*, id est, gratias, inquam, ago, quod abundatis, seu cumulati estis omnibus divitiis spiritualibus.

IN ILLO, id est, in Christo, et per Christum, seu in Ecclesia Christi, et per Christi merita.

IN OMNI VERBO, ET IN OMNI SCIENTIA, id est, in omni dono linguarum, et in omni cognitione rerum divinarum; seu quod cumulati estis omnibus divitiis spiritualibus scientiæ et eloquentiæ divinæ.

Corinthii divites erant ob commercium; ad hoc alludens, ait, et spiritualiter facti estis divites; Deus vobis amplam facultatem dedit omnia fidei mysteria intelligendi et eloquendi. Hoc intellige de perfectioribus, quos hic laudat, imperfectiores postea correcturus. Vide v. 10.

VERS. 6. — *SICUT TESTIMONIUM CHRISTI...* Sicut, secundum quod, pro, per quæ, id est, per quæ dona, intelligentiæ scilicet et eloquentiæ, Evangelium Christi in gratiâ Dei, etc., id est, per Christum Jesum. Nul- lum enim bonum salutare datur à Deo hominibus, nisi per meritum Jesu Christi; in gratiâ, id est, propter gratiam Dei. Nomen gratiæ complectitur omne donum gratitum ordinatum ad salutem, vel propriam habentis vel communem fidelium.

VERS. 5. — *Quod in omnibus divites facti estis in illo* (per illum Christum) *in omni verbo* (predicationis Evangelii) *et scientiæ*, id est, spirituali ejus intelligentiâ. Q. d.: Gratias ago Deo, quod vobis copiosam per me et Apollo exhiberit predicationem et doctrinam Evangelii, ejusque sensum et intelligentiam. Et in omni scientiâ. Significat Apostolus Corinthios dilatatos utroque dono, et cognoscendi divina, et eadem apte eloquendi. In quibus conjunctis consistit sermo scientiæ.

VERS. 6. — *Sicut testimonium Christi*, etc., id est,

sti, quod prædicavi vobis, confirmatum est. Sen, ut ait Theophylactus, per quæ stabilita est in vobis prædicatio Christi. Fortè simpliciter, quæ dona testimonium sunt, Evangelium Christi confirmans in vobis. Vide secundam ad Cor., 12, v. 12.

Hic versus per parenthesin legendus.

VERS. 7. — *ITA UT NIHIL VOBIS DESIT...* GRÆC., in illo gratuito dono, id est, ita ut nullum vobis desit donum gratitum.

EXPECTANTIBUS REVELATIONEM... SYR.: *Sed expectatis*, etc., id est, donec fiat revelatio, seu manifestatio gloriæ Domini nostri Jesu Christi, quam expectatis. Hæc revelatio fiet in secundo adventu, in quo omnia gratiarum dona consummabuntur. Laudat resurrectionem expectantes, et oblique ferti dubitantes, seu non credentes, de quibus infra, cap. 15.

VERS. 8. — *QUI ET CONFIRMABIT VOS SINE CRIMINE...* GRÆC., *inculpato*. Verba sunt bonæ fidei, sicut ad Philipp. 1: *Confidens hoc ipsum, quod qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi...*; quasi diceret: Spero quod Deus (cui scilicet gratias ago) confirmabit vos, seu dabit gratiam perseverandi usque in finem; ut inculpati, sine crimine, id est, sine gravi peccato, sed justi et sancti apparentis in DIE ADVENTUS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. Precatur firmitatem et perseverantiam, et ut sint sine crimine; per quod ostendit non nihil concessos, et eos criminibus obstrictos, ait Theophylactus. Idem dixerat Theodoretus.

FIDELIS DEUS, PER QUEM VOCATI ESTIS IN SOCIETATE... id autem spero, quia Deus, qui vos ad societatem Filii sui, et consequenter ad sanctitatis illius imitationem vocavit; verax, fidelis et constans est in promissis suis; dabit ergo auxilia ad sanctè perseverandum necessaria, quæ jam dare cœpit, et deinceps daturum se promisit.

IN SOCIETATE; GRÆC., in communionem; SYR., in consortium. Societatem Filii, adoptionem vocavit, Theodoretus.

Nota moralis.

Hic cum D. Chrysostomo nota et mirare Christiani dignitatem. Pape: quantum donationis magnitudinem!

quibus modis ut rebus, nempe sermone et scientiâ, quibus dilati estis. Et sensus est: Hujusmodi donis, velut certo firmo testimonio, cognoscitur vos esse fideles ac servos Christi, ejusque spiritum accepisse.

VERS. 7. — *Ita ut nihil vobis desit in ullâ gratiâ.* Notandum, Paulum non dicere eos in omnibus esse perfectos, et nullam eis desse perfectionem gratiæ; sed, in omnibus divites esse, et nullam eis gratiam desse. Nam citi numero donorum divites erant et abundantes; tamen in eis nondum erant perfecti, ne quidem eâ perfectione quam multi assequuntur in hæc vitâ; sed ut ad eam paulatim proficerent, exhortandi erant.

Expectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi, in secundo illius adventu, quando omnium gratiarum copiam et consummationem in gloria cœlesti à Christo accipientis.

VERS. 8. — *Qui et confirmabit vos usque in finem sine crimine*, quantum est ex parte sua, id est, gratiam dabit, quæ vos confirmare possit, et actu confirmabit si eam recipere, eâ uti, et vos confirmare in Christi

D. Chrys. Christi Filii Dei socius, consors, cum eo quid unum, quasi Christus alter est. Quia per Baptismum factus sum Christi membrum, Christi corpus, quid unum cum Christo, quasi Christus ipse. Hinc in illo sum Filius Dei, hæres Dei, coheres, consors, socius Christi. Baptismus itaque vocatio est ad societatem, consortium, communicationem filiationis divinæ, hereditatis æternæ, omnium Dei honorum fructuum æternæ cum Christo.

Sed quid secum importat hæc vocatio, et ad quid astringit? Ut sicut sum Christi membrum, Christi corpus; sic et de Spiritu Christi vivam; Spiritu Christi in meis actionibus et passionibus animer; Christi mores, vitam et exempla imiter, socius sim et consors sanctitatis Christi; sancti estote, ô Christiani, consortes mei, quia ego sanctus sum; quò plus sancti, eò plus et consortes mei.

Omnes baptizati de societate quidem sunt Filii Dei, sed plus aut minus, juxta majorem aut minorem Spiritus et gratiæ Christi participationem, et juxta majorem aut minorem vitæ Christi internæ et externæ imitationem. Hæc itaque Spiritus Christi interna participatio, hæc Christi vitæ imitatio, totum debet esse studium meum, desiderium meum, votum meum.

O Deus misericors, Deus clemens, qui me immeritum ad societatem Filii tui vocasti, à mihi, licet indigno, ejusdem Filii tui Spiritu animari, et in omnibus vivere, ut me Spiritu Christi animatum et viventem, Christoque indutum, agnoscas pro filio, et in simo tuo, ut Filium, recipias in æternum. Amen.

VERS. 10. — *OBSECO AUTEM VOS, FRATRES*. Hucusque præfatus est Apostolus et quidem honorificè, quia totam Ecclesiam Corinthicam, in quâ spirituales et perfecti plures, allocutus est. Ob hos ergo perfectiores, totam laudavit Ecclesiam, de parte, quasi de toto, loquens, ait D. Augustinus. Sicut et postea malos ejusdem Ecclesie ita reprehendit, quasi omnes essent culpabiles, ut idem D. Augustinus annotavit, epist. 19, q. 6.

Postquam ergo bonis et benignis verbis aures Corinthiorum preparavit, nunc accusationem incipit; non eam tamen nudam inducens, sed observationem

fidei et charitatis velitis. Confirmabit, inquam, ad hoc, ut sitis et persistatis usque in finem vitæ, sine crimine, id est; inculpati, quos nemo culpare aut criminari possit, quasi crimen aliquod contra fidem et charitatem Christi commiseritis.

In die adventus Domini nostri Jesu Christi; hic enim ultimus noster et rerum omnium erit finis. Nam confirmatio fidelium usque in finem sine crimine, preparatio eorum: est ad diem quo venturus est Dominus ad judicium.

VERS. 9. — *Fidelis Deus, etc. Societatem filii* hic vocat Paulus communionem fidei, gratiæ, et gloriæ Christi, quæ hæletur in Ecclesia Christi; sive ipsum christianismum, in quo habemus societatem filiationis, hereditatis, Sacramentorum, et omnium honorum Christi; q. d.: Vocati estis, ut sitis filii Dei, socii, membra, fratres et coheredes Christi. Ita Anselm., Amb., Theophyl., Chrys.

VERS. 10. — *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi*, in cujus unum eandemque societatem, familiam, domum et Ecclesiam vo-

et admonitionem præmittens : *Obsecro*, Theodoretus.

PER NOMEN DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. Obsecrationi rectè adjungit nomen Domini nostri Jesu Christi, ait idem Theodoretus; id enim erat quod ab ipsis spernelatur, quia cum oporteret eos ab ipso appellari, à suis presidentibus denominationes assumebant.

UT IPSIUS DICATIS OMNES, id est, idem dicatis. SYR. : *Ut sit unus sermo vobis omnibus et non sint inter vos dissidia, sed ut sitis perfecti unâ mente, unâque sententiâ.* intelligitur ergo perfectio unitatis: sitis compacti in eadem mente et in eadem sententiâ; Theophyl., quasi diceret: Omnium vestrum sit idem animus, idem sentiat, idemque dicatis. Unum estis omnes in Christo, juxta v. 9; ergo et inter vos unum in Christo estote. Unum mysticum Christi corpus estis omnes; ergo et omnium vestrum unus sit animus; unanimes estote; idem vobis sit intelligere, velle, dicere.

Duo Christianos omnes ad perfectam invitavit unionem, scilicet, unitas corporis Christi, quod sumus omnes; unitas Spiritus Christi, quo vivere debemus omnes. Hæc omnium nostrum debet esse mens una, cor unum, idem sermo, idem sensus.

VERS. 11. — SIGNIFICATUM EST ENIM MIHI DE VOBIS, FRATRES MEI, AB IIS QUI SUNT CHLOES; SYR., à domesticis Chloes; Arab., familiares Chloes; ita et D. Chrys. Chloë itaque femina fuit christiana inter Corinthios illustris. Quasi diceret: Non sine causâ vos, fratres, hortor ad unionem; didici enim à domesticis Chloes, sororis nostræ, quod sint inter vos dissidia.

VERS. 12. — HOC AUTEM DICO QUOD UNUSQUISQUE...; repeto quod, ut mihi relatum est, unusquisque vestrum dicit: Ego sum Pauli. Vide paraphr., intellige: Ego sum discipulus, sectator, filius spiritualis Pauli. Ego APOLLO...; EGO AUTEM CHRISTI. Non reprehendit quod dicant: Ego sum Christi, sed quod non omnes hoc dicant, Theophylactus. Hæc D. Paulus refert secundum quod illi relatum fuit à domesticis Chloes; debent ergo verè et literaliter intelligi de Paulo, de Apollo, de Cephâ. Non est ergo verum, ut putant aliqui, quod hæc nomina usurpet Apostolus ad significandas personas, seu philosophorum, seu pseudo-apostolorum, à quibus Corinthiorum factiones sua nomina traherant. Non dubito tamen quin Apostolus bonos hic doctores nominans, sub eorum specie, falsos percutiat apostolos; si enim in eis qui boni sunt gloriantur sumus omnes, quicumque fideles et Christiani sumus.

Ut ipsam dicatis omnes, scilicet, quasi fratres germani, verbis et voce consentiat, dicatis omnes simul: Ego sum Christi; non autem hic dicat: Ego sum Pauli; ille: Ego sum Apollo. Rursùm non tantum voce, sed et mente consentiat.

Et non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententiâ; ut idem sentiat, et inter vos consentiat in Christo, ut vobis invicem aptè coherere in unâ mente et sensu in Christo.

VERS. 11. — Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis qui sunt Chloes. Putant aliqui Chloes esse nomen loci, ut oppidi aut vici: sed hic locus alibi nusquam legitur. Unde veritas Chryost. et Sy-

dum negat, quanto magis in malis doctoribus, quorum doctrina falsa et vita corrupta? Hoc cap. 4, v. 6, declarat Apostolus dicens: *Hæc in me et Apollo propter vos transfigurari.* Vide locum. Literaliter ergo textus intelligendus de Paulo et Apollo, ob quos primario principaliter exortum fuit hoc Corinthiorum schisma, ut colligi potest ex cap. 5, v. 4, 5, etc.

Sed quomodo à bonis et optimis doctoribus schisma? Hæc videtur schismatis origo fuisse. D. Paulus omnium primus Christum Corinthi prædicavit, Corinthiosque ad fidem convertit; vide Act. 18, 11. Hinc Corinthiorum verè pater et apostolus. Post Paulum Apollo, *vir eloquens et potens in Scripturis*; magno spiritus fervore Corinthi Christum docuit et explicavit; vide Act. 18, v. 24, 25. Hinc verosimiliter factum ut quibusdam Paulus, huic Apollo comparatus, frigidior et minus eloquens visus fuerit. Et hinc schisma, dum alius se Pauli, tante fame viri, discipulum esse jactat; alius verò se Apollo, hominis tam disertum discipulum esse gloriatur; tertius, sive, quia Romæ, Antiochiæ aut alibi, à D. Petro eductus et baptizatus; sive, quod putat Baronius, quia vult hoc schisma ob Paulum et Apollo exortum, declinare, se Petri omnium apostolorum principis discipulum et filium gloriatur. Quartus denique aliis assurgens, et sapienter sentiens et loquens dicit: *Ego sum Christi*, quibus ministri tantum sunt omnes apostoli; ego sum Christianus.

Hoc Corinthiorum schisma non videtur magni fuisse momenti; omnes enim in Christum credebant, omnes se Christianos esse gloriabantur; et à D. Paulo Christi Domini verè et unice amato, ferre non potest quod sum, vel ejuslibet hominis nomen cum glorioso Christi Jesu nomine misceatur; Paulus, inquam, unitatis Ecclesie perfectus amator, omnem horret mystici corporis Christi scissionem; ne minimam quidem illius divisionem pati potest. Ne igitur Ecclesia Christi in varias dividatur sectas, sicut apud paganos Corinthi et alibi philosophorum sectæ, hæc primam fidelium divisionem totis hic impugnat viribus.

Insimulans ergo et arguens Corinthios, quod non omnes se Christianos esse et dici gloriatur, sed aliqui se Paulianos, alii Petrianos, alii Apollonianos dici velint, obsecrat eos; et quidem per nomen Domini nostri Jesu Christi, quod addit, ut indicet quod non sit aliud nomen sub celo datum, in quo oportet

rus putant hoc esse nomen familie vel femine. Quasi dicit: Ex familia Chloes summi.

Quia contentiones sunt inter vos; contentiones sunt verborum concertationes, ubi quisque vult spernare.

VERS. 12. — Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli? Ego autem Apollo: Ego verò Cephæ. Sermo superfluous hoc aut simili modo: Ego sum Pauli discipulus, sectator, tanquam melioris magistri: et sic de aliis. Alii vero magistrum suum Apollo jactarent, eloquentiam hominis extollentes, idèque ejus comparatione Paulum deprimentes. Verosimile est Judæos fuisse qui dicebant: *Ego Cephæ*, videlicet Petro studentes tanquam apostolo circumcissionis. Atque hinc factum ut acriter inter se contenderent, dum quique studiosè suum magistrum præferunt.

Ego autem Christi, Constans est interpretum tam

nos solos fieri, aut gloriari. Per hoc ergo sanctum et adorabile nomen Domini Jesu, obsecrat ut idem dicant, scilicet: Ego sum Jesu Christi, ego sum Christianus, Deo et Christo totus addictus. Et ut non sint deinceps inter eos schismata, circa homines Christi ministros; sed sicut omnes in Christum credant, sic et omnes sese Christianos dicant; sicque perfecti sint unâ mente, unâque sententiâ: sicut omnium una fides, ita et unum nomen. Ut autem aliter loquentibus horrorem incutiat, in sequentibus versibus ostendit illorum loquebat absurditatem, quasi blasphemiam; quia supponere videtur Christi multipliciter, quod sanè blasphemum.

VERS. 13. — DIVISUS EST CHRISTUS? (interrogativè); SYR.: *Numquid divisus est Christus?* Quasi diceret: An apud vos Christus divisus et multiplicatus est? seu an plures apud vos sunt Christi? an Paulus Christus? an Apollo? an Petrus Christus? seu, ut ait Theodoretus, numquid domini et potestatis socios habet Christus, et propterea divisus est?

NUMQUID PAULUS CRUCIFIXUS EST PRO VOBIS? scilicet, quasi Christus; an non solus Christus pro vobis mortuus est? Theodoretus. Idem intellige de Petro, de Apollo: numquid Petrus, ut Christus, crucifixus pro vobis? Proprium nomen adducit, ne videatur livore ductus, aliorum nomina recordari. D. Athanasius.

ACT IN NOMINE PAULI BAPTIZATI ESTIS? scilicet, quasi Christi; idem intellige de Petro et Apollo. His absurdè et blasphemè interrogativè enuntiat, ostendit absurditatem quasi blasphemam Corinthiorum dicentium: *Ego Pauli*, *ego Petri*, etc., quia videntur supponere multos Christos. Illisque Corinthiis concludendum relinquit quod sicut unus Christus est, qui pro nobis crucifixus fuit, et in cujus nomine baptizati sumus, sic et unus tantum magister et doctor, in quo et de quo gloriandum nobis est, et à quo nomen nobis deducendum. Cateri magistri et doctores, homines tantummodò sunt, Christi humiles servi sunt; propter Christum, illorum et nostrum Dominum, honorandi quidem sunt; sed nec in eis gloriari nos oportet, nec ab eis nomen sumere licet.

Hæc doctrinâ hocque facto Paulus omnes in Ecclesiâ secas et factiones similin jugulat; vult omnes in

Græcorum quædam Latinorum sententia, Paulum hoc addidisse velut benè et christianè dictum, ac doluisse quod non omnes hoc idem dicerent. Erat enim hæc vox unitatis, non schismatis.

Ego autem Christi, non male, sed rectè loquentium est, si absit contentio, et contemptus apostolorum et vivorum Christi: omnes enim decet dicere: Nos sumus Christi, puta Christiani. Ita Ambros., Theophyl. D. Thomas, et hunc sensum confirmant et que scribuntur cap. 5: *Vos autem Christi, Christus autem Dei.*

VERS. 15. — DIVISUS EST CHRISTUS? Sensus est: Num Christi corpus dissectum est in partes? Ac si dicit, ut solet, *absit.*

Numquid Paulus crucifixus est pro vobis? Q. d.: Numquid Paulus sua passione vos redemit? Minimè; solus enim hoc Christi est, qui solus noster est redemptor.

Aut in nomine Pauli baptizati estis? Q. d.: Unus est Christus, in cujus nomine æque omnes baptizati

Christum credentes in Christo et de Christo gloriantur, à Christo nomen sumere et gloriari; sicut ipse solus pro nobis mortuus est, ita in ipso solo nobis gloriantur.

Observatio moralis.

Hinc ergo discat omnis doctor, animarumque minister, animas ad Christum adducere, uti Deo et Christo devovere. Caveat ne eas sibi devotas alliciat, ut faciat suas; totis suis viribus impediatur ne de suo nomine aut personâ glorietur. Meminerit se ministrum, non Dominum; se canalem, non fontem; ad Dominum et ad fontem esse deocat oculos attollere, Dominoque et fonti gratas esse.

Hinc et discat omnis anima christiana Christi ministros doctoresque suos revereri, ob Christum et in Christo; reverentiam illis debent et honorem: sed caveant ne quasi Christos reputent, ne illis superstitionè adhæreant; alias illis meritò dicitur: *Divinus est Christus?* an doctor vester Christus? an pro vobis doctor vester crucifixus? Meminerit quod sicut unus Christus est, sic et unus magister, unusque doctor, in quo nobis est gloriandum. Ideò pro nobis crucifixus est Christus, idè in sanguine illius baptizati sumus, ut illi simus toti devoti et addicti: *Empti estis pretio magno, glorificate Redemptorem*, et propter redemptionem, honorate redemptionis ministros, doctores, baptistas, confessorios, etc.

VERS. 14. — GRATIAS AGO DEO, QUOD NEMINEM... id est, neminem ferè, seu perpaucos manibus meis baptiza verim; id enim divini providentiâ factum agnosco, ne huic blasphemè absurditatis ultimè enuntiatæ, occasionem darem. Per hoc arguit et baptizatos et baptizatos, qui ad injuriam Salvatoris, baptismatis ejus gratiam hominibus deputabant; illis dissimulatis gloria causâ, Ambros., seu Illarius Diaconus, ut volunt.

NEMINEM VESTRUM BAPTIZAVI, NISI CRISPUM. Fuit Corinthi archisynagogus, sicut et Sosthenes, sive uterque simul archisynagogi fuerint in duabus synagogis, erant enim plures aliquando in eadem urbe; sive alter alteri successerit in eadem synagoga; ET CAIUS, hospitem, scilicet, meum.

VERS. 15. — NE QUIS DICAT QUOD NOMINE MED...; estis: ergo frustra pro nobis, Baptismi ministris de præcellentibus contenditis. Hinc D. Thom. et alii, adeoque Græcorum historia docet, Græcos accepisse hæc suam Baptismi formam, ut non dicant: Ego te baptizo; sed: *Baptizetur servus Christi in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*: ne quis dicat: *Ego sum Pauli, ego sum Apollo.*

VERS. 14. — Gratias ago Deo, quod neminem vestrum baptizavi. Et quidem Deo gratias agit, cujus providentiâ factum sit, ut hoc, id est, Paulum non baptizasse Corinthios, cessaret ad eorum bonum, id est, ad evitacionem peccati, quo jactarent se in Pauli nomine baptizatos esse; aut tanquam per Baptismum in ejus nomen ascripti dicerent: *Ego sum Pauli.*

Nisi Crispum et Caium. Crispus apud Corinthios Judæorum archisynagogus fuerat: quem Paulus predicante credidisse Domino cum omni domo sua scribit Lucas, Act. 18. Porrò Caius hospes erat Pauli, ut ipse testatur Rom. ult.

VERS. 15. — Ne quis dicat, etc.; Græcè, quod in no-

Gr., quod in nomen meum baptizari; ne quis calumnietur dicens quod in nomine meo vos baptizaverim, voluerimque vos nominari Paulianos.

Vers. 16. — BAPTIZAVI AUTEM ET STEPHANE DOMUM, cuius elogium vide cap. ultimo hujus Epistolae, v. 45. NESCO NUM ALIQUEN ALIUM Æ CORINTHIIS BAPTIZAVI. D. Thomas arbitratur hinc Græcos hanc formam baptizare: *Baptizetur servus Christi*, etc., non verò: *Ego te baptizo*, etc., ne cui daretur occasio dicendi: *Ego sum Pauli, ego Cepha...*

Vers. 17. — NON ENIM MISIT ME CHRISTUS BAPTIZARE...; non enim me primario et principaliter misit Christus ut baptizarem, sed ut predicarem. Predicatio primarium est apostolorum munus. Hinc episcopus a conc. Trid. prescriptum.

NON IN SAPIENTIA VERBI; à schismatis reprehensione transit latenter ad schismatis originem; et quia ex immodico eloquentiae studio et affectu exortum fuerat, idcirco hic et tribus sequentibus capitulis sapientiam secularem deprimit; crucis verò virtutem et humilitatem ubique commendat. Misit, inquam. Christus ne predicare, non sermonibus multa eruditione et eloquentia ornatis. Reprehendit ergo Corinthios sapientie et eloquentie nimium addictos.

UT NON EVACUETUR CRUX CHRISTI...; Syr.: *Ne inanis reddatur crux Christi*, in hominum scilicet opinione, dum putarent se ad fidem per eloquentiam vim adductos, non per virtutem crucis et crucifixi gratiam. Ubi major apparatus eloquentiae, ibi minor virtus apparet in cruce, quia tunc fides Evangelio data, artificiosis hominum verbis potest ascribi, non soli crucis virtuti.

UT NON EVACUETUR..., ut hanc vocem bene intelligas, supponendum 1^o quod crux, ob Christum in eâ crucifixum, sit salutifera virtute plena; arbor est vite, lignum salutis, fons gratiae; 2^o quod hæc vita, hæc salus, hæc gratia è cruce et è Crucifixi corde per fidem fluat in animas credentium; *fides autem ex auditu, auditus verò per verbum*. Hinc sicut fides est simplex, et sicut crux nuda fuit, ita verbum fidei sit simplex; ita predicatio crucis nuda, non ornata, non men meum baptizari. Ne quis me calumnietur, et dicat, quod vos baptizandum transcripserim in nomen meum, ac de me Paulianos vocari voluerim, tanquam meo Baptismo sanctificatos.

Vers. 16. — *Baptizavi autem et Stephanum domum*. Stephanus, ait Theoph., vir erat Corinthii celebris, quem proinde à fide et charitate laudat Paulus, cap. 16.

Ceterum nescio si quem alium baptizaverim, ex verbis, id est, Corinthiis. De his enim ad quos scribit, proprie loqui videtur.

Vers. 17. — *Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare*. Sic intellige: Non principaliter ad hoc me misit, ea non est primaria pars legationis mee. Feci ergo utrumque, sed alterum per alios, à quibus id facile fieri poterat: ipse in eo, quod magis ac difficiliter erat, totus occupatus.

Non in sapientia verbi, id est, cum eloquentia et sermonis ornatu non evangelizo. Hoc est quod repetit initio proximi capituli, se venisse, non in sublimitate sermonis aut sapientie. Utrumque enim à se renovet, et sermonis apparatus, et sapientie secularis ostensionem.

compta. Quò simplicius verbum, eò clarior apparet et crucis virtus et gratia Crucifixi; quò plus studii in sermone, eò minus virtutis apparet in cruce; per sermonis apparatus extenuatur, evacuat virtus crucis, crux et Crucifixus defraudatur suæ virtutis et potentiae laude. Caveat ergo curiosior divini verbi præco, ne Christus in iudicio sibi impropere, quò nimio sermonis ornatu, et variâ eruditionis ostensione, virtutem crucis evacuetur, seu crucem suâ laude defraudaverit. Caveat et Crucifixi præco, sed suæ potius quàm Crucifixi gloriæ studiosus, ne sibi impropere, quòd crucem evanuerit, Crucifixum suâ gloriâ spoliari, ut eam faceret sibi propriam.

Vers. 18. — VERBUM ENIM CRUCIS... Dixi: *Ne evacuetur virtus crucis*, et non sine causa dixi: nam simplex predicatio crucis et Crucifixi, seu potius de Christo pro nobis in cruce mortuo, licet incredulis, salutis viam per fidem ingredi nolentibus, et idcirco PERVENTIBUS, stultitia videatur; nobis tamen credentibus et in salutis viâ per fidem constitutis DEI VIRTUS EST, et potentia. Quid stultius, inquit infideles, quam salutem ab homine crucifixio sperare? Scipsum non salvavit, quomodo salvabit alios? Hæc quidem blasphemant impii, quia crucis virtutem et Crucifixi potentiam ignorant; at nos fideles novimus quod, et si ex infirmitate carnis crucifixus est, virtute tamen divinitatis est potentissimus: scimus quòd ipse mors vita nostra sit; et quia id scimus per fidem. Hinc Christi mors nobis DEI VIRTUS EST; hinc simplex hujus mortis predicatio medium et instrumentum est, quò Dei potentia salutem nostram operatur.

Vers. 19. — SCRIPTUM EST ENIM..., quòd simplex crucis verbum, non verò sapientia et eloquentia humana, sit Dei virtutis medium et instrumentum, per quò salutem hominum operaturus esset Deus. Probat ex Isai. 29, 14, juxta Septuaginta predicante quòd Deus sapientiam humanam esset reprobaturus et eâ ad opus salutis nostræ non usurus.

PERDAM, id est, ostendam perditione dignam, relictam SAPIENTIAM mundi, sive secularem, ET PRUDENTIAM PRUDENTIUM REPROBAM; Syr.: *Et prudentes*

Ut non evacuetur crux Christi, id est, inanis reddatur, dum putant homines se salutem assecutos, et sibi fidem persuasam esse vi humane eloquentiae, non vi passionis Christi. Hæc fuit origo schismatis dicentium: *Ego sum Pauli, ego Apollo*; quod scilicet Apollo eloquentiam placeret nonnullis Corinthiis delicatis, et eloquentia studiosis; aliis verò spiritum magis quam verba querentibus, placeret Paulus imperius quidem sermone, sed non scientiâ. Unde Paulus, hic, et per tria sequentia capita, multis eloquentiam et sapientiam secularem insectatur et deprimit.

Vers. 18. — *Verbum enim crucis, personantibus quidem stultitia est*; q. d.: Sermo de cruce salvatice, sive quòd per crucem et passionem Christi redempti sumus, incredulis ac perversis hominibus, idcirco peritris stultitia apparet.

Is autem qui salvi sunt, id est, nobis, Dei virtus est, id est, potentia, robor, fortitudo. Loquitur in persona electorum. Nec enim alii sunt qui salvi tunc, quam electi: ut nec alii qui pereunt, quam reprobi.

Vers. 19. — *Scriptum est enim*, Isaiæ 29, ubi sic ait: *Peribit sapientia à sapientibus ejus, et intellectus prudentum ejus abscondetur*, passivè. Sed Septuag., quos

mente privabo; abscondam, efficiam ne luceat; ostendam nulli eam esse usui ad homines duccendos ad Christum.

Vers. 20. — UBI SAPIENS... Altero Isaiæ loco, 55, 18, id factum esse probat, querens: *Ubi sapiens*? id est, gentilis philosophus. Ubi scriba? Judæorum doctor. Ubi conquistor hujus seculi? seu curiosus rerum naturæ indagator, physicus; Syr., *disputator*, quia res physicae disputationi maxime subsunt. MUNDUM TRADIDIT DISPUTATIONIBUS EORUM; quasi diceret: Quem eorum Deus assumpsit in Evangelii sui ministrum? Supponens quòd respondeatur quia nullum, concludit: *NONNE STULTIAM FECIT DEUS SAPIENTIAM...*; quasi diceret: Nonne hoc suo contemptu Deus ostendit stultam esse hujus mundi sapientiam? Nonne infatuavit Deus sapientiam mundi, ait Tertullianus. Palmam ostendit esse fatuam, inanem, inutilem, nullius momenti, quam Deus suis rebus adhibere noluisset.

Quam fatuam, quam vana, inanem et contemptibilis illa sapientia, quæ nec potuit veritatem invenire, nec alios ad veritatem adducere! Quam sapiens, et docta, et veneranda crucis stultitia quæ celestem Evangelii veritatem et docuit homines, et in mundo stabilivit, invidis omnibus mundi sapientibus et potestatibus! Hæc est Dei virtus; hæc gloria Christi; hæc sapientia mundana confusio. Ubi nunc sapiens? confusi sunt, depressi sunt, annihilati per piscatorum prædicationem.

Vers. 21. — NAM QUIA IN DEI SAPIENTIA...; Græc.: *Postquam enim in Dei*, etc.; hujus rei rationem reddit Apostolus, idcirco justum ostendit.

NAM QUIA MUNDUS, seu mundi doctores et sapientes, EX DEI SAPIENTIA, id est, ex rebus à Deo sapienter fa-

scipitur Paulus vertant activè: *Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium abscondam*. Pro quo Paulus habet reprobo; et, ut Tertull. verit. irritum faciam: estque idem sensus. Peribit enim sapientia, quia Deus eam perdet et abijciet. Nota Paulum referre ad universum genus sapientia secularis id quòd propheta proprie de Judæorum sapientia, quæ Pharisæica erat, dixit. Est enim par quoad hoc utrumque, inò omnis sapientie secularis, ratio. Q. d.: Fatuam ut sapientia seculari homines ad salutem uti nolunt, sed Evangelio, et cruce Christi.

Vers. 20. — *Ubi sapiens*, id est, philosophus gentiliū. *Ubi scriba*? id est, doctor Judæorum. Citat Paulus Isaiæ 55. *Ubi*, inquit, est literatus? *Ubi legis verba ponderamus* (id est, scriba)? *Ubi doctor partularum?* qui reipsa est conquistor seculi. *Ubi conquistor seculi?* physicus, qui naturæ et mundi arcana curiosè scrutatur. Q. d.: Abijciti sunt philosophi et scribae, omnesque mundi sapientes depressi et confusi sunt, per prædicationem apostolorum et gloriam Evangelii. Ita Chrysostomus.

Nonne stultiam fecit Deus sapientiam hujus mundi? *Stultiam fecit*, id est, stultam ostendit: ponitur verbum reale pro mentali vel verbali. *Stultiam*, inquam, in cruce et Christi æ salutis cognitione; ad hanc enim fide opus est, non acumine. Ita S. Chrysost. *Scientia piscatorum*, inquit S. Ambrosius, *stultiam fecit scientiam philosophorum*, cum scilicet suos et naturæ terminos egressa est.

Vers. 21. — *Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus, per sapientiam Deum*. In *Dei sapientia*, quam scilicet ostendit in sapientissimâ et tam stupendâ mundi fabricâ, et gubernatione, ait D. Thom., Dei

ctis, seu creaturis, in quibus elucet mira Dei sapientia; Deum mundi opificem, per suam sapientiam et solertiam non cognovit, non reverit esse, nec glorificavit. Græci, seu gentiles, doctorem habebant sapientiam Dei, nempe illam quæ in creaturis cernitur; Deum tamen non agnovit. Theophylactus.

PLACUIT DEO...; idcirco reprobatâ hanc sapientia, placuit, bene visum est Deo, per prædicationem crucis (quæ videtur mundi sapientibus stultitia) SALVOS FACERE, non sublimia speculantes, ad discentes, sed simpliciter credentes. Mutata est itaque per peccata hominum via salutis. Deus Creator noster sapientiam suam in hujus mundi opificio, tam sapienter condidit, visibiliter hominibus exposuerat; ut ex operis admiratione raperentur in opificis cognitionem, admirationem, amorem et cultum. Hoc non cessit feliciter; *evanuerunt homines in cogitationibus suis... Deumque non glorificaverunt*; hinc placuit Deo per crucem seculi contemptibilem, sed virtute mirabilem, vanam castigare sapientiam, hominesque non speculantes, aut disputantes salvare, sed credentes. Fides ita salutis medium necessarium, ut sine fide illa, vana sit et inutilis scientia.

Vers. 22. — QUONIAM ET JUDEI SIGNA PETUNT...; explicat præcedentia, scilicet, *placuit Deo per stultitiam...*; quasi diceret: Mirum sanè Dei placitum! *quoniam*; Græc. et Syr., *quandquidem* et *Judaici miraculis assueti, signa querunt*, quibus ad credendum moveantur. Græci, seu gentiles, rationationibus dediti, sapientiam querunt, argumentis et syllogismis volunt suaderi:

Vers. 23. — NOS AUTEM, DEI JUSSU, PREDICAVIMUS sapientiam intelligunt relictam in opificio mundi; metonymicè tamen acceptam pro ipso mundi opificio, omnibus ad contemplandum expósito. *Placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes*. Hinc Deus per rem, qua mundo videtur stulta, scilicet per crucem, mundo se et salutem veram revelavit, ut stultis se accommodaret, et cum eis quasi stultesceret uti præceptor cum pueris repuerascit et haultit. Sic Christus, quia non intelligebatur ut Deus, hominibus se revelavit, ut homo, et passibilis. Hoc autem ingens est sapientia. Ita D. Thom., Anselm. et alii.

Vers. 22. — *Quoniam et Judei signa petunt*. Commendat Apostolus virtutem evangelicæ prædicationis tam Judæis quam gentilibus despectis. Similem, inquit, et Judæi signis inibi assueti; signa, id est, miracula, exigunt; quibus velut divinis testimoniis adducantur ad credendum.

Et Græci sapientiam querunt. Et Græci, inquit, solam sectantes rationem naturalem, requirunt humanam sapientiam, id est, philosophicis rationibus doctè et disertè propositis persuaderi volunt: et si quid ratione assequi nequeant, quale est mysterium crucis, non recipiunt, sed explodunt atque irrident. Quemadmodum Paulo contigit Christum predicantem apud Athenienses philosophos, Act. 17, unde et à Festo præsidè auditus: *Inanis, Paule, Actorem 26*.

Vers. 23. — *Nos autem predicavimus Christum crucifixum*. In captivitate redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Opponit enim Apostolus prædicationem Christi crucifixi sapientie seculari.

Judeis quidem scandalum; quia crucis opprobrium eos latriavit, et impediit.

CHRISTUM CRUCIFIXUM, JUDEIS QUIDEM SCANDALUM, quia crucifixus; expectabant enim Messiam summam cum potentia et majestate venturum. Haec infirmitas et crucifixio Judaeis est lapis offensionis et petra scandalum.

GENTIBUS AUTEM STULTITIAM: quid enim stultitiam quam ab homine crucifixo salutem sperare?

VERS. 24. — IPSIS AUTEM VOCATIS JUDEIS ET GÆCIS. Objici poterat: Ad quid ergo prædicas Crucifixum, apostole, qui scandalum et stultitia est, sicque Judæos et Græcos offendit? Cui respondet: Ideo Crucifixum prædico, quia Crucifixus meus et infirmitas est et potentia, et stultitia et sapientia; non credentibus quidem stultitia et imbecillitas, iis autem qui divina gratia ad fidem vocati, credunt, sive gentiles sint, sive Judæi, iis, inquam, hic Crucifixus Dei virtus est et sapientia, scilicet soli cæcis tenebræ, videntibus vero lumen. Theodoretus.

VERS. 25. — QUÆ QUOD STULTUM EST DEI... Probat hanc ultimam propositionem, quod vocatis Crucifixus sit Dei virtus et sapientia; quia quod stultum Græco videtur in Deo crucifixo, hoc omni potentia humana fortius. Hoc enim stultum et infirmum Dei fecit quod nec omnis humana sapientia, nec tot prodigia fecerunt; sive in gentilibus, sive in Judæis; scilicet homines convertit, salutem operatum est. Hoc stultum Dei omni sapientia humana sapientius est, quia omnem tandem philosophiam devicit, sibi que subiecit; omnem intellectum capitavit in obsequium Christi. Hoc infirmum Dei omni humana potentia fortius, quia omnem

Gentibus autem stultitiam; mera stultitia erat hominem crucifixum aut prædicare, aut credere mundi salvatorem.

VERS. 24. — IPSIS AUTEM VOCATIS JUDEIS ATQUE GÆCIS, iis verò qui divina prædestinatione vocati sunt ad fidem, sive Judæi illi sint, sive Græci, id est, gentiles.

Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam, virtus quidem, id est, potentia, quæ eripuit eos è potestate diaboli, qui in Evangelio vocatur fortis armatus, Luc. 11. Sapientia verò, quam ostendit in eo quod per humilitatem et crucem et mortem Christi Filii sui electos redemit.

VERS. 25. — QUÆ QUOD STULTUM EST DEI, etc., id est, stultitia et infirmitas Dei, id scilicet quod in Deo et Christo nato et passo putant stultum et infirmum; scilicet Dei humanitas, mortalitas, passio, crux, fuit id, quo sapientissimè et fortissimè Christus quasi vicit homines, Satanam, et totum orbem, aiant SS. Ambrosius et Anselmus. Quasi dicit: In eo patet mira Dei sapientia et virtus, quod per rem stultam atque infirmam, scilicet crucem, sapientiam omnem et fortitudinem vicerit. In cruce redemit hominem, non per potentiam deitatis, sed per justitiam et humilitatem passionis, ut ait S. Augustinus.

VERS. 26. — VIDETE ENIM VOCATIONEM VESTRAM, FRATRES. Vocacionem dicit vocatos, sicut alibi circumcicionem, circumcisos. Videte, inquit, et considerate vocatos ad fidem, id est, fideles, qui et quales sint, etiam illi qui inter eos præcipui sunt, ut apostoli Christi.

Quia non multi sapientes secundum carnem, id est, quod non multi humana sapientia præditi; suppleendum vel ex eo quod præcedit, vocati sunt, vel ex sequentibus, electi sunt; utique ad fidem, vel etiam ad

sibi contradicentem potentiam superavit; Crucifixus, tunc quasi victus, omnem vicit, sibi que subiecit mundum.

Ille ergo repeti potest, quod dictum supra: Ubi sapiens? ubi scriba? ubi consistor...? adde ubi nobilis? ubi potens?

VERS. 26. — VIDETE ENIM VOCATIONEM VESTRAM...; quasi diceret: Hoc omne quod dico vobis, scilicet et quod per stultitiam prædicationis... v. 20; et quoniam Christus Dei sit virtus et sapientia, 24; et quod stultum Dei...; 25; hoc, inquam, patet in vocacione vestra. Attendite enim ad vocacionis vestre rationem et modum, sive Dei ministros, qui vos vocarunt, spectetis; sive vosmetipsos, qui vocati estis; certè non multos reperietis aut inter illos, aut inter vos, qui humana et carnali sapientia, potentia et nobilitate sint præditi. Dicit non multos: erant enim aliqui, v. g., Dionysius Areopagita, Paulus proconsul, Nicodemus, ipse Paulus, Apollo.

VIDETE VOCATIONEM VESTRAM, id est, et vocantes et vocatos; scilicet, videte quales sint.

VERS. 27. — SED QUÆ QUOD STULTUM MUNDI... Sed Deus eos elegit quos, ob simplicitatem et ignorantiam, quasi stultos reputat mundus; ut CONFUNDAT SAPIENTES, et eos qui nullius sunt in mundo potentia, plebeios, ut confundat, Græc., pudæfaciat, Syr., pudore afficiat, fontia, hujus seculi potentes.

VERS. 28. — ET IGNOBILIA MUNDI... et ignobiles et despectos, et pro nihilo habitos in mundo Deus elegit ut destrueret eos qui in magno habentur pretio, scilicet nobiles, potentes, sapientes, eosque quasi nihil esse ostenderet.

Evangelii prædicationem.

Non multi potentes. Potentes secundum seculum intellige.

Non multi nobiles, id est, claro genere nati. Non dicit Apostolus: Nemo sapiens secundum carnem, nemo potens, nemo nobilis. Nam hujusmodi etiam nonnulli primis illis temporibus ad fidem accesserunt, ut Nicodemus princeps Judæorum, Joseph ab Arimatea, nobilis decurio, Dionysius Areopagita, etc.; verum in comparacione multitudinis credentium paucissimi erant. Ceteram inter duodecim Christi apostolos, à quibus primum omnium crux Christi prædicata fuit mundo, nullus omnino secundum seculum sapiens, potens, nobilis. Hinc Ambrosius, lib. 5 in Lucam, ad illud cap. 6: Elegit ex ipsis: Adverte, inquit, cœlestis consilium: non sapientes aliquos, non divites, non nobiles, sed piscatores, et publicanos, etc.; vauum ergo videtur, quod de nobilitate et purpure S. Bartholomæi fabulantur nonnulli.

VERS. 27. — Sed que stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, id est, ut pudore afficiat sapientes: non qui essent, sed qui esse viderentur, ait S. Augustinus, serm. 65, vel sapientes non simpliciter, sed secundum carnem. Pudebant enim hujusmodi sapientes, dum per suam sapientiam prestare non possunt, id est, homines ad æternam salutem adducere et beatos facere, quod sine eis prestant indocti.

Et infirma mundi elegit Deus, id est, infirma secundum mundum, dicit homines nulli seculi potentia præditos, sed plebeios et inopes.

Ut confundat fortia, id est, ut illorum comparacione veluti pudæfaciat omnem hujus mundi potentiam: dum per illos facit, quod potentes seculi non possunt.

VERS. 28. — Et ignobilia mundi et contemptibilia

EA QUÆ NON SUNT, id est, quæ nihil esse reputantur; EA QUÆ SUNT, id est, quæ magni æstimantur. Tria mundus æstimat et miratur: sapientiam, potentiam, nobilitatem; hæc tria Deus sprevit in hominum vocacione ad salutem; è contra, insipientiam, impotentiam et ignobilitatem ad salvandos homines elegit. Qui ex nihilo fecerat omnia, ex privationibus reparavit omnia. Per insipientes docuit mundi sapientes, et per infirmos et impotentes superavit reges, omnes seculi potestates; per ignobiles omnem humiliavit nobilitatem et excellentiam mundanam.

VERS. 29. — UT NON GLORIETUR OMNIS CARO... homo à parte sui vilioris caro dicitur ad majorem humiliacionem; quasi diceret, mortalis: ut nulli mortalium occasio detur jactandi se vocatum, sive ad Christianismum, sive ad munus apostolicum, vel ob scientiam, vel ob natalium nobilitatem, vel ob potentiam, vel ob alia præclara merita; sed ex merà Dei gratia. Hinc in omnium mortalium cordibus annihilatio coram Deo; sive in nobilibus, potentibus, sapientibus, quia propter arrogantiam suam à Deo contempti, neglecti, repudiati. Ut enim bene notat Theophylactus, id non ex primario Dei consilio factum est; sed propter arrogantiam suam, indigni facti sunt prædicatione Evangelii, ejusque susceptione, sive in plebeis, ignobilibus, indoctis, quia ex mero Dei beneplacito assumpti. Solum ergo Deo gratias referant humiles et grati.

Hinc et discite, quisquis sis, omnem seculi pompam et celebritudinem spernere, si velis salvari. Omnia quæ plurimi æstimantur à mundo, Deus habet pro nihilo; ergo et tu habe pro nihilo, si velis à Deo æstimari, diligere. Cor tuum cordi divino conforma; sperne quod spernit Deus; æstima quod Deus considerat.

elegit Deus; et eos qui secundum seculum ignobiles erant et obscuri, ideoque despecti, velutique pro nihilo habiti, elegit Deus.

Et ea quæ non sunt, id est, abjecta, quæ pro nihilo habentur, quasi dicas homines nullius nominis aut numeri. Deus elegit apostolos abjectos qui pro nihilo habebantur.

Ut ea quæ sunt destrueret, id est, ea quæ habentur in pretio, puta sapientes et potentes mundi, destrueret et quasi annihilaret; ut eos qui magni sunt hominum æstimacione, contemptibiles et obscuros redderet, ac velut ad nihilum redigeret: quod est destruere juxta versionem nostram.

VERS. 29. — UT IPSO AUTEM VOCATIS IN CHRISTO JESU; ex ipso scilicet Deo. et non ex vobis, etiam vos estis quiddam estis coram Deo; et ab eo habetis quiddam boni quod ad pietatem pertinet, habetis; idque per Christum Jesum. Alter: Vos estis ex Deo, id est, filii Dei, homines Dei estis, velut ex Deo nati, idque per Christum. Tertius sensus: Ex Deo vos estis in Christo, id est, per Dei gratiam estis Christiani, Christo incorporati, et beneficiorum ejus participes.

Qui (Christus) factus est nobis sapientia in Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio, nempe causalis, quod Christi merito justitiam, sanctificationem et re-

Cor tuum ó Deus, imprime cordi meo! pone te ut signaculum super cor meum!

VERS. 30. — EX IPSO AUTEM VOCATIS... Ex ipso et per ipsum, id est, ex ipsius dono, et per illius gratiam, et vos, ó Corinthii, estis NOVA IN CUNCTO CREATURA, Christiani, Christo inserti, incorporati.

QUI FACTUS EST NOMIS SAPIENTIA A DEO qui Christus à Deo nobis datus est, ut auctor sapientie, justitie, sanctificationis et redemptionis; seu, per quem Christum, Dei beneficio, acceptis veram sapientiam, justitiam, etc. Pro nobis moriens, nos à peccati servitute redemit; per baptismum nos in suo sanguine lavans, fecit justos et sanctos; in eodem sanguine nos regenerans, ex ignobilibus fecit nobiles; ex filiis iræ, Dei filios; ex peccatoribus justos et sanctos; ex stultis sapientes, divinam scilicet sapientiam. Hæc omnia nobis Christus per suam passionem promeruit, et per suam gratiam et Sacramenta produxit in nobis. Per Christum Deus nobis omnia dedit et veram sapientiam, et justitiam, et sanctificationem; et aliquando à morte et à miserià redimetur, ut in Domino solo glorie mur. Omnia supernaturalia per ipsum, tota religio in ipso.

Per redemptionem potest intelligi perfecta redemptio à morte scilicet et miseriis, per resurrectionem. Potest et dici quod Christus Evangelio suo sit nostra sapientia; sua gratia, nostra justitia; sacrificio suo, nostra justificatio; sua resurrectione, nostra redemptio à miseriis.

VERS. 31. — UT QUÆMADMODUM SCRIPTUM EST... Jerem. 9, 25, 24, non isdem verbis, sed sensu, hinc concisè sumpto. Ex Dei dono Christus omnia nobis factus est, ut nemo nostrum, nec in seipso, nec in alio quodemdemptione à Deo acceperimus. Christus factus est nobis auctor et causa vera et christiana sapientie, redemptionis, sanctitatis, et justitie; primò, satisfactorie et meritorie; idque maxime hic specialitè Apostolus; quia Christus pro debito humano, justissimo sanguinis sui pretio satisfecit, et meruit nobis justitiam, sapientiam et sanctitatem, adeoque factus est nobis justitia; quia justitia, id est, satisfactio Christi nostra est, perinde ac si nos Deo satisfecissemus. Unde, ut theologi docent, in justificatione per Sacramenta, quasi prius natura Christi satisfactio nobis applicatur; ut deinde posterius natura propter eam remittatur peccata, et gratia infundatur.

VERS. 31. — Ut quemadmodum scriptum est (apud Jeremiam, cap. 9, non verè tamquam isdem, sed sensu) qui gloriatur, etc. Apud prophetam sic legitur: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, et non gloriatur fortis in fortitudine sua, et non gloriatur dives in divitiis suis; sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire et nosse se. Sensus igitur Apostoli ex propheta est hujusmodi: Qui gaudet et gloriatur se habere aliquid unde placeat Deo, non id sue sapientie aut potentie aut alteri cuicumque bono nature ascribit, sed gratie Dei acceptum ferat. Quamquam illud in Domino, potest de Christo accipi, de quo proxime sermo fuerat, ut sensus sit, in nulla alià re gloriamur esse, quam in eà quam per Christum habemus, qui nobis omnia factus est. Non ergo, ó Corinthii, in vobis, non in Paulo, vel Apollo præceptoribus vestris, sed in Domino gloriamini. Ille (ait S. Anselmus) in solo Domino gloriatur, qui cognoscit non suum, sed illius esse, non solum ut sit, sed etiam ut non nisi ab illo bene sit sibi, à quo habet ut sit.

piam homine gloriatur; sed in Domino, seu in Dei bonitate; quasi diceret: Quid ergo vos, ô Corinthii, gloriamini, sive in vobis ipsis, sive in aliis hominibus, ob sapientiam, etc.? Gloriamini autem in eo, qui in

Corollarium pietatis, seu in hoc capite primo ad pietatem maximè notanda, et in praxim redigenda.

In hoc primo capite tria ad suam adificationem notet omnis, et quilibet christianus. Primum, quanti facere debeat Christianismi gratiam. Secundum, quantum horrere debeat omnem in Christianismo divisionem. Tertium, quantum spernere debeat quæ mundus quidem æstimat, Deus autem spernit, sapientiam humanam, potentiam, nobilitatem.

Primum colligitur ex v. 9, ubi Christianismus dicitur communio, societas cum Christo. Per baptismum Christo, Filio Dei, unitus, incorporatus, factus sum tuum quid cum eo, quasi Christus ipse. Per baptismum itaque factus sum in Christo filius Dei, hæres Dei, cohæres, consors, socius Filii Dei; jus habens in illo ad æternam honorum Dei fruitionem cum eo. Quid majus, quid nobilissimum potest excogitari? quid felicissimum Deus ipse mihi dare potest? ob id gratias immensas Deo.

Ibidem, v. 9, vide ad quid adstringat hæc nobilitas: scilicet ad participationem, seu imitationem internæ et externæ Christi sanctitatis. Illum imitaberis intus, si Spiritu Dei agaris; imitaberis exterius, si sancta quæque opereris. Hæc utraque imitatio debet esse tota nostra æmulatione; quò plus similes erimus Christo, eò plus socii, consortes, cohæredes erimus Christi. Vide ibid.

Secundum colligitur, primò ex dictis ad v. 10. Duo Christianos omnes ad perfectam unionem invitant, nimirum unitas corporis, et unitas spiritus. Unum corpus sumus omnes. Unus spiritus, quo vivere debemus omnes. Omnes ergo mens una, cor unum debemus esse; qui secus facit, Christi corpus, Christi spiritum quasi dividit, quod horrendum. Secundò ex dictis ad v. 12 et 13, de horrore quem ipse D. Paulus habuit de minimâ corporis Christi seissione.

CAPUT II.

1. Et ego, cum venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Christi.

2. Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum.

3. Et ego in infirmitate, et timore, et tremore multo fui apud vos:

4. Et sermo meus, et prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus et virtutis:

5. Ut fides vestra non sit in sapientiâ hominum, sed in virtute Dei.

6. Sapientiam autem loquimur inter perfectos; sapientiam verò non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi, qui destruantur;

7. Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ

Christo Jesu vos regeneravit, illuminavit, justificavit, Spiritu sancto donavit, à morte aliquando vindicabit, hincque Christiani denominamini.

Tertiò ex ejus interrogatione: *Nunquid divitis est Christus?* quæ interrogatio potest Christianorum divisionibus applicari.

Tertium colligitur ex dictis v. 27, 28, 29. Tria mundus æstimat, sapientiam seu scientiam, potentiam, nobilitatem, et hæc tria Deus spernit in hominum salute procurandâ. Stulta, infirma, ignobilia elegit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt, scilicet nobiles, potentes, sapientes destrueret. In his ergo non gloriandum, imò ob hæc tremendum, quia à Deo contempta et reprobanda. In Deo solo gloriandum. Deus unicè diligendus. Cor nostrum cordi divino penitus conformandum.

Speciatim notanda ab Ecclesie ministris.

In hoc eodem capite, præter tria jam notata, et omnibus Christianis communia, Ecclesie ministri habent quædam sibi speciatim annotanda. Omnes ergo primum versum notent: *Paulus, vocatus apostolus Jesu Christi, per voluntatem Dei;* et hinc ad suam vocationem attendentes, videant, an per Dei voluntatem in ministerium sint ingressi; timeant ne secundum ejus indignationem et iram. Videant ibi dicta.

Pastores, directores, omnesque animarum curam habentes, notent dicta ad v. 14, videantque nunquam animas ad Christum Dominum ducant; an verò sibi ipsis devotas alliciant, reddantque suas. Concionatores, verbi Dei ministri, notent dicta ad v. 17: *Non in sapientiâ verbi, ne evacuetur crux Christi;* et ad semetipsos reflexi, videant quâ simplicitate, tum animi, tum verborum, prædicent verbum crucis, seu Crucifixum. Videant ibi dicta; videant et dicta ad v. 20, 21, 22, 23, 25, 26.

CHAPITRE II.

1. Pour moi, mes frères, lorsque je suis venu vers vous pour vous annoncer l'Évangile de Jésus-Christ, je n'y suis point venu avec les discours élevés d'une éloquence et d'une sagesse humaine;

2. Car je n'ai point fait profession de savoir autre chose parmi vous que Jésus-Christ, et Jésus-Christ crucifié.

3. Et tant que j'ai été parmi vous, j'ai toujours été dans un état de faiblesse, de crainte et de tremblement;

4. Et je n'ai point employé en vous parlant et en vous prêchant, les discours persuasifs de la sagesse humaine, mais les effets sensibles de l'Esprit et de la vertu de Dieu;

5. Afin que votre foi ne soit pas établie sur la sagesse des hommes, mais sur la puissance de Dieu.

6. Nous prêchons néanmoins la sagesse aux parfaits, non pas la sagesse de ce monde, ni des princes de ce monde qui se perdent;

7. Mais nous prêchons la sagesse de Dieu renfer-

abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram;

8. Quam nemo principum hujus sæculi cognovit: si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.

9. Sed sicut scriptum est: Quod oculis non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus his qui diligunt illum;

10. Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

11. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita et quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei.

12. Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis:

13. Quæ et loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrinâ Spiritus, spiritualibus ritualia comparantes.

14. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei; stultitia enim est illi, et non potest intelligere; quia spiritualiter examinatur.

15. Spiritualis autem judicat omnia, et ipse à nemine judicatur.

16. Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus.

In hoc capite applicat sibi quæ in primo dicit; quia ergo Deus, sapientiâ seculari reprobatâ, elegit stultitiam prædicationis crucis, ad salvandos credentes; stultitiam et infirma Deus elegit, ut confunderet sapientes et potentes.

Hinc assertit primò se idèò ad eos venisse, non in sublimitate sermonis et sapientiæ, sed in simplicitate et in infirmitate, ut Evangelium annuntiare, v. 1, 2, 3, 4, 5.

Assertit secundo se tamen veram non ignorare sapien-

PARAPHRASIS.

1. Hinc et ego veniens, Evangelium Christi vobis annuntiaturus, veni ad vos, non per sublimitatem sermonis, neque per subtilitatem sapientiæ secularis (sed illud vobis simpliciter prædicavi).

2. Ita enim me gessi apud vos, quasi nihil aliud scirem, nisi Jesum Christum, hincque pro nobis crucifixum.

3. Hinc etiam et ego apud vos conversatus sum magnâ cum humilitate et cum timore et tremore (humilitatis comitibus).

4. Propterea et mei sermones privati, et meæ conciones publicæ, non constituerunt verbis, quibus humana sapientiâ uti solet ad persuadendum; sed Dei Spiritum et virtutem præ se tulerunt.

5. Ut vestra fides non nasceretur ex humanâ scientiâ et eloquentiâ, sed ex Dei potentiâ.

6. (Veram tamen non ignoro sapientiam,) sequidem eam loquor inter perfectos; sapientiam verò non secularem, seu mundanam; neque superstitiosam, demonum adminiculo inventam, quorum potestas per Christum destruitur.

mée dans son mystère; cette sagesse cachée qu'il avait prédestinée avant tous les siècles, pour notre gloire;

8. Sagesse que nul des princes de ce monde n'a connue, car s'ils l'eussent connue, ils n'eussent jamais crucifié le Seigneur de la gloire.

9. Et de laquelle il est écrit que l'œil n'a point vu, l'oreille n'a point entendue, et le cœur de l'homme n'a jamais conçu ce que Dieu a préparé pour ceux qui l'aiment.

10. Mais pour nous, Dieu nous l'a révélée par son Esprit, parce que l'Esprit de Dieu pénètre tout, jusqu'aux secrets les plus profonds de Dieu;

11. Car qui des hommes connaît ce qui est dans l'homme, sinon l'esprit de l'homme qui est en lui? Ainsi nul ne connaît ce qui est en Dieu, que l'Esprit de Dieu.

12. Or, nous n'avons point reçu l'esprit du monde, mais l'Esprit de Dieu, afin que nous connaissions les dons que Dieu nous a faits.

13. Et nous les annonçons, non avec les discours qu'enseigne la sagesse humaine, mais avec ceux que l'Esprit enseigne, communiquant les choses spirituelles aux spirituels.

14. Or l'homme animal ne conçoit point les choses qui sont de l'Esprit de Dieu; elles lui paraissent une folie, et il ne peut les comprendre, parce qu'on doit en juger par une lumière spirituelle.

15. Mais l'homme spirituel juge de tout, et n'est jugé par personne.

16. En effet, qui connaît l'Esprit du Seigneur nous pour l'instruire et le conseiller? Mais nous avons l'Esprit de Jésus-Christ.

ANALYSIS.

tiam; hanc enim, ut ait, loquimur inter perfectos; sapientiam non hominum, sed Dei; quam nemo, nec hominum, nec demonum novit; sed quam solus Dei Spiritus, omnia scrutans, et connoscens, revelat, v. 6, 7, 8, 9, 10, 11.

Hanc sapientiam nos, inquit, docuit Spiritus sanctus, v. 12; hanc et nos loquimur inter perfectos, seu spirituales, v. 13, quia animalis homo non percipit eam, sed ei stultitia videtur, v. 14, 15, 16.

PARAPHRASIS.

7. Sed loquimur Dei sapientiam, in mysterio et per mysterium (Incarnationis) absconditam, quam ab æterno Deus prædestinavit ad gloriam nostram (et temporalem et æternam).

8. Quam nullus ex principibus hujus sæculi cognovit: si enim cognovissent eam, nequaquam Dominum gloriæ cruci affixissent.

9. Sed in hoc mysterio impletum est quod prædixerat Isaias, 64, 4, nec oculis vidit, nec auris audivit, nec mens cuiusquam hominis concepit quæ Deus præparavit his qui diligunt ipsum.

10. (Quod autem hæcenus fuit absconditum), hoc Deus nobis apostolis suis revelavit per Spiritum suum; hic enim Spiritus omnia etiam abditissima Dei penetrat.

11. Quis enim hominum novit quæ in hujus vel illius hominis animo sunt occultatas? sanè solus istiusmodi hominis spiritus qui unum cum ipso est, ita et solus Spiritus sanctus, qui ex Dei substantiâ est, et unum cum Deo, novit quæ Dei sunt.

12. Nos autem apostoli recepimus, non spiritum